DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAEDAM DE

Effectibus Pathematum Exhibens.

DISSERTATIO INAUGURALIS,

QUÆDAM DE

Effectibus Pathematum Exhibens.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

CAROLUS JOANNES BERKLEY,

ANGLUS.

Societatis Medicae Regiae Edinburgenae,

Socius Extraordinarius.

'Tis the great art of life to manage well
The reſtleſs mind.——

Armſtrong's Art of preſerving Health.

Ad diem 24. Junii, hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVIII.

Viris eximiis,

Mediciſque Eruditiſſimis,

CAROLO MORTON,

Societatum Regalis et Antiquariae Londinenſium,

Academiarum Imperialium

Naturae Curioſorum et Sanct. Petroburgenſis,

Goettingenſis, atque Palatinae,

Socio;

Et Muſaei Britannici Bibliothecario Primo;

Et

Et

THOMÆ KILVINGTON,

Apud Ripon,

In Comitatu Eboraci,

Artem Apollineam prosperrime excolenti,

Salutem

CAROLUS JOANNES BERKELEY.

Multa me suaserunt, vestris nominibus has paginas ornare, sed maxime, cum hoc occasionem praeberet vobis testimonium animi grati offerre, propter tot tantaque beneficia, in me ex ephebis collata, quae mihi e memoria nunquam excidere possunt.

Valete, Viri egregii, meque semper inter vestri devinctissimos numerate.

For

Mr Bridge

with the Author's sincerest

Wishes for his future Happiness

& Success

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAEDAM DE

Effectibus Pathematum Exhibens.

PROOEMIUM.

HOC penſum meum academicum multo magis gratum ac jucundum evaderet, ſi pathematum theoriam diligenter perſcrutarer; ſed talis conatus me ſermone perlongo implicaret; quam ob cauſam, limites hujuſce generis diſſertationibus praeſcriptos tranſiret; ſed nequaquam in iſto ſunt omnia; nam quicunque, theorias virorum clarorum qui de hoc ſcripſerunt

recte percipit, certo sciret, nihil novi, calamo meo humili emanare posse.

Praeterea, effectuum medicorum consideratione (e. g.) spei et timoris, quasi affectus penitus diversos agerem, cum tantum (secundum Hartley) verba sunt gradus diversos ejusdem pathematis exsequi, inter quae dignosci non potuit, quo puncto timor finem, et spes initium habet; tamen effectus eorum tam late distant, ut spes inter excitantes, timor inter deprimentes affectus locum tenet.

Exempla his similia adduci potuissent; sed hoc solo constabit, ut theoriam animi affectuum investigare, quamvis opus ingeniosum, et voluptate amoeniissima abundans, tamen cum re nunc proposita sejunctum

tum ſit, veniam oro, ſi penitus illa abſtinerem, et animum ad effectus ſuos medicos verterem.

Quiſquis ad medicinam excolendam incubuerit, non potuit non animi affectuum vires quoſdam morbos creando, alioſque amovendo, obſervare; quare ſatis omnibus conſtabit, eos animum et curam medici ſummam exigere.

Cum ita res ſe habeat, nil mirum eſt, candidatum pro medicinae honoribus laudem conſequi de his ſcripſiſſe.

Aeque in hoc ac in aliis hujuſce generis diſſertationibus, res ordine quadam diſponere neceſſarium erit, quod ut fiat, ſub tribus ſectionibus haec agam.

Imo,

1mo, De effectibus eorum generalibus.

2do, De effectibus quorundam primorum peculiaribus.

3tio, Quantum ad morbos depellendos valeant.

SECT. I.

De Effectibus eorum generalibus.

Syſtema humanum quibuſdam animi facultatibus, quae affectus dicuntur, movetur, qui varios et mirabiles effectus, ſecundum varia hominum temperamenta, edunt, quo praecipue effectus eorum fauſtus vel infauſtus pendet. Ad hoc convenit, ut quod, hominem temperamento ſanguineo praeditum in diſcrimen vitae induceret, melan-

melancholicum, compagine firmiore formatum minime noceret; Zimmermannus de hoc agens his verbis utitur: "Very indolent and ſtupid people ſuffer leaſt from the paſſions; but they who unite an enlightened reaſon to a lively and reflecting genius, are the moſt agitated by them. *"

Quicquam, ne verum an fictum, quod animum iſtiuſmodi hominum commovere potuit, effectus pathematum mirandos in illis clare evinceret, qui nunc proſunt, nunc deliquium et ſyncopen inducendo, laedunt.

Omnes corporis humani muſculi, et praeſertim vultus, variis animi affectibus adeo mirifice commoventur, ut contractiones et relaxationes alternas, illos effingere accommodatas,

* Zimmerman on Experience, vol. II.

modatas, frequentiſſime ſubeunt, quo Affectum, qui praecipue animum occupat, ſaepe repetitum, in ore deſignatum eſſe; ſed ‘ hinc (ut Gregorius vult) ſaepe iracundiae imago, ubi nulla ira eſt *.’ Quo non obſtante, phyſiognomon hoc fretus, aequum eſſe exiſtimat, de animo et hominum indole ſententiam certam fabricare; ſed, ni fallor, quorumdam vultus uſque ſagacem *Lavater* deluderent. Inter omnes tam certe liquet, de mutationibus diverſis ori per eos inductis, ut minime eos enumerarem, niſi Hallerus in Elementis Phyſiologiae ſic breviter recenſuerat: “ Amor et admiratio cognoſcuntur fronte ſurſum ducta, exporrecta, oculis elevatis, unaque palpebris, occipitalis et rectus ſuperior oculi agit, et palpebrae levator. Curioſitas, admiratio dicentis oratoris os una

* Greg. Conſpect. vol. I. p. 181.

una aperit, ut aër ſonorus ad tubam poſſet venire. *Laetitia* et *riſus* oculos habent pene clauſos, angulum oris ſurſum ductum, cutem narium corrugatam, os diſtractum per buccinatorios et riſorios muſculos. In multis hominibus, fovea tunc in gena naſcitur et gratiam addit, inter, puto, tumentes faſciculos zygomaticos. In fletu et triſti affectu, labium inferius detrahitur, ut facies longior videatur; anguli labiorum diſtrahuntur a triangularibus; oculus clauditur, et pupilla ſe ſub palpebram ſuperiorem recipit. In ira et odio, labium inferius ſuper ſuperius elevatur, frons deſcendit attracta, et rugis caperatur. Contemptus inaequalem habet vultum, ut alter oculus pene claudatur; alter deſpiciat. In terrore, muſculi validiſſime os et oculos aperiunt, manuſque

ele-

vantur *." Quibus mature deliberatis, in confeſſo eſt, ut quamvis phyſiognomon in errore ſaepe maneat, aliquando tamen judicium ejus fundamento ſtabili nititur; propterea quod, muſculi qui affectui alicui inſerviunt, repetito uſu invaleſcant, et reliquis in eo temperamento otiantibus, potentius ſe efferant; ideoque etiam, poſtquam affectus animi ſe remiſit, tamen aliqua pars characteris regnantis affectus in facie ſuperſit.

Ad affectus animi referamus explicationem maxime veriſimilem conſequi; quapropter, morbi quidam rurſus denuo invadunt, tempore quo, aegri ſtatu, impetum morbi impendere minime ſuſpicaretur; cujus

* Haller. Elem. Phyſ. vol. V. p. 591.

cujus morbus comitialis multa dira exempla praebet.

Hominem hoc morbo laborantem cognovi; impetus ejus die primo menſis ſinguli ſummo mane illi invaſerunt, numne menſis praeterita, duos de triginta, triginta, an dies triginta et unam continebat, quod per multos menſes ſine interruptione minima evenit; hic obſervatu dignum eſt, hominem, die impetum praecedente, animum a malo avertere non potuiſſe, quamvis ope ſuą ſumma nitebatur; quae res noviſſime memorata, mihi perſuaſit regreſſum paroxyſmorum, animi affectibus praecipue debitum eſſe; quorum vis aeque paroxyſmorum eo tempore regreſſu, ac lege naturae, adjuta ſit, quae corpus humanum ad conſuetudinem ullam mire fingit.

Nil mirum eſt affectus animi infraenatos, exitium homini lethale obtuliſſe; nam vis eorum minime muſculis voluntati inſervientibus circumſcribitur, ſed in muſculos inviti motus latum imperium habent: in cor, arterias, organaque ſecernentia, ventriculum et inteſtina, reſpirationis muſculos, inde ſanguinis motus incitatior, debilior, abnormis, ſecretiones et concoctio cibi vitiatae, et inſolitus reſpirationis modus *.

Quidam, ut Meadius, opinantur, has animi commotiones nobis inſitas eſſe, quo ſcilicet ad mala fugienda, et bona arripienda, cum impetu quodam feremur; ſed hoc minime ad omnes affectus pertinet, nec omnino cum phaenomenis convenit; nam, ſi ita res ſe habuit, quo evenit, ut in metu,

* Gregorii. Conſpect. vol. I. p. 181.

metu, tremores genuum, debilitatemque ſummam ſemper ſupervenire, cum ad malum imminentem fugiendum juvaret; et in ira, ad ultionem ſumendum, quid boni diarrhoea accidit?

De hac re Hallerus ſic ſententiam tradit: "Omnis phaenomena metus, cum animalibus communia, quaeque ſuo plerumque non reſiſtunt, quando cum fortiori inimico rem habent, perſuadent mihi, non ad propriam conſervationem metuentis individui, ſed ad faciliorem deſtructionem eas virium diminutiones cum metu conjunctas a Creatore deſtinari." Et exemplo beſtiis deprompto opinionem corroborat: "Oportet ad aequilibrium conſervandum animalia foecundiora deſtrui a beſtiis infoecundis: Oportet adeo defenſionem non nimis

nimis facilem esse eorum, quae praedae destinantur. Ad faciliorem ergo victoriam carnivorarum specierum, metus confert earum quas oportet cedere *."

De effectibus eorum generalibus breviter locutus, ad

SECT. II.

descendere oportet, in qua, de quorumdam primorum effectibus peculiaribus agitur.

Hic observare licet, animum affectibus aut excitantibus, aut deprimentibus, praecipue moveri; quidam autem sunt, naturam singulorum induentes. Ii qui animum excitant sunt, *gaudium*, *ira*, *spes*, quorum

* Hal. vol. V. p. 568.

quorum prior ſic Lockio accurate definitur: 'Joy is a delight of the mind, from 'the conſideration of the preſent, or aſſu-'red approaching poſſeſſion of good.'

Eventus felices vel infelices, pro gradu vis ejus, et impetu ſubito an tardo, ſequuntur. Cum vis ejus non nimis violenter aucta, ſed moderata ſit, ſalutares effectus, quales ſunt ſpei, prodit. Syſtemata nervoſa ſanguiferaque non paululum commodi actione ejus grate ſtimulante conſequi videntur. Senſus ejus etiam homini tam gratus eſt, ut fere ſine ullo mali futuri metu ei ſeipſum dedat; quod ſaepiſſime in diſcrimen vitae eum ſe indulgentem inopinate inducit; nam, cum modum aequum excedat, corpus plus, quam functiones ordini praeſtare convenit, ſtimulat: Exem-

plis

plis cujus fatalibus, opera omnium de hoc ſcribentium, ſcatent. Ergo noſtrum non erit, ſylvam tam amplam uſque breviſſime percurrere, ſed potius lectores (ſi quivis haec legeret) libris eorum conſulere, relegare; quia rerum factarum recitatio ab his deprompta eſt faſtidioſa et injucunda: Unicam igitur offeram Pechlini obſervationibus excerptam, quae gaudii vim ſenſum dolorum vincendo, exemplo familiari monſtrat.

" Parturientes foeminae, quae jamjam exanimari doloribus, in illa viarum dilatatione videntur, audita infantis ſublati voce, ſic omnium protinus dolorum obliviſcuntur, ut nihil ſibi accidiſſe putent, quamdiu gaudii novitate, in infantis obtutu defixae haerent; cum tamen dolorem cauſae adhucdum

hucdum manifeſtae ſunt, et ſtatim iterum prorumpant. *" E contrario, dira non deſunt exempla effectus ejus violentioris, quales ſunt calor auctus †, febris acuta ‡, et, (ſi maximum et ſubitaneum ſit,) deliquia animi §, ſubitaeque mortes; quum ergo vetuſtiſſima et exempla recentiora haec docent, videtur, curam adhibitam eſſe maximam, ne aliquid nimis perlaetum incaute aegroto maxime impertiremus, quo vires fractae ſolvantur.

DE

* Pechlin. Obſerv. p. 467.

† Woodward's Caſes, p. 96.

‡ Rhod. obſ. V. l. 1.

§ Boerhaave de Morbis Nervorum, p. 553. Pechlin. Obſ. l. 3. cap. 3.

DE IRA,

Lockius his utitur, " Anger is uneasiness or discomposure of mind, upon the receipt of any injury, with a present purpose of revenge.*"

Ex effectibus ejus exitiosis, jam illico recensendis, jure dicitur, omnium perturbationum atrociſſima, et mater malorum innumerabilium foecundiſſima ; nam naturam hominis in truculentam feram commutet ; quamvis etenim perturbatio quaevis aciem mentis et judicium penitus obscuret, tamen ira caliginem longe denſiorem

* Locke ibid.

nem offundit, ut nec verum, nec utile, nec honeſtum cernere queat *.

Quiſquis vi ejus laborat, pro tempore mente captus eſt, facies rubicunda fit, oculi micant, et quaſi orbibus ſuis evaſuri, ſingulaque oris et corporis forma horribili in modo diſtorta, muſculoſque omnes ſaepe motibus convulſivis affectos eſſe, vox ſonora, ſermo tamen turbatus, et oeconomia corporis humani, quae, in ſtatu naturali, ordine perquam juſto ſervata eſt, enormis et inordinata evadit.

Ira geſtus motuſque quoſdam peculiares habet, ſecundum aetates ac corporis temperamenta diſtantes; ſic pueri calcitrant,

* Wier de Ira, p. 795.

mulieres una cum conviciis expuunt, ſic in iratis ſenibus, et iis qui apoplexiae obnoxii ſunt, labium inferius tremit, et quandoque totum corpus, ſic in cholericis ſpumat os, unde Ovidius:

" Ora tument ira nigreſcunt ſanguine venae,
" Lumina Gorgoneo ſaevius angue micant."

Sic melancholici palpitationem cordis patiuntur, et quaedam mulieres manus complodunt, et fere hoc ſignum cum triſtitia conjunctum *.

Quod ad effectus exitiales ejus, haemorrhagiae diverſis corporis partibus, duo cujus exempla, Pechlino † tradita, unum naribus,

* Wier ibid.

† Pech. l. 3. obſ. 25.

ribus, alterum (quod eſt ſymptoma rariſſimum) ex auribus.

Adde, ſecretio bilis aucta, unde vomitus * et alvi fluxus, eodem ortu pendet; quem ſtimulum proprium in ira eſſe; bilis ſecretionem augere magis, quam in aliis animi affectibus excitantibus, explanatu valde difficile eſt.

Praeter haec, incrementum † cordis mirum, ſuffocatio dira, febris maxima, et in plethoricis, apoplexia ‡, delirium, mania, morſque ipſa ſubito ſupervenit.

Symptomata

* Young on Opium, p. 113.

† Harvey, Diſſ. 3. p. 154.

‡ Wier de Ira, p. 795.

Symptomata his ipſis inſuper memoratis longe diverſa frequenter invadunt, qualia ſint pallor faciei, tremores, reſpiratio interrupta, ſyncope; ſed cum illa modo dicta his ſemper praecedunt, originem collapſu ducere videntur, qui incitationi tam multum auctae ſemper ſuccedit, (ut Culleno docti ſumus *), cum fatalis eventus non ſequatur.

Tametſi ira omnibus his exemplis corpori officere ſolet, non deſunt quaedam vim ejus in quibuſdam caſibus ſalutiferam probare; nam qui frigido phlegmatico temperamento praediti, et melancholia, hydrope, aut intermittentibus laborant, multum commodi effectibus ejus accepe-

runt,

* Cullen's Firſt Lines.

runt, quia, iſtiuſmodi hominibus, fluidorum langueſcentium motus acuit et accelerat.

Inter effectus auſpicatos ejus numerentur, vocis mutis, et uſus membrorum paralyticis et arthriticis reſtauratio, quae omnia Pechlinus *, Hallerus †, multique alii atteſtantur.

SPES.

Ut antea, ita nunc, definitione ejuſdem ‡, utar,

" Hope

* Pechl. Obſ. ibid.

† Haller. Phyſ. Elem. ibid.

‡ Locke ibid.

"Hope is that pleasure in the mind, which every one finds in himself, upon the thought of a profitable future enjoyment of a thing which is apt to delight him."

Hic omnium affectuum excitantium maxime salutaris est; nam animum grata anticipatione exhilarando, in corpus, lenioris gaudii, placidos parit effectus, valens reddendo circuitum sanguinis, secretiones et excretiones liberos promovendo. Humana natura vi ejus adjuta, patiens est doloris ac laboris maximi; hac orbatus, animus mulieris parturientis labasceret; sed e contrario, ope sua fretus, Martyr ipse immotus, et animo forti tormenta patitur.

Quidam

Quidam ſentiunt, quoſdam ejus, cum effectibus aliorum longe diverſorum, miſtos eſſe, nempe, quo vir, ad aliquid fortiter agendum, deſperatione concitari dicitur; nonne ſpei actioni jure majori referatur? Adde, nonnulli etiam ſuicidam horrificam hac ſuggeſtam exiſtimant; ſed noſtrum non eſt, de his quaeſtionibus hoc in loco diſſerere.

At non deſperatione ſola hanc commiſtam eſſe, ſed etiam terrore, ut puto (*e. g.*) homo, periculo inſtante aut imminente, quam ocyſſime currit. Hoc, ut quidam volunt, terroris effectum eſſe; ſed nonne ſpes malum imminentem evadere inſtigaret? Multa alia exempla non nunc recenſenda extant; alii affectus excitantes ſunt; ſed de ſingulo eorum ullum commentarium

offerre,

offerre, ſupervacaneum foret; et hanc ob cauſam, effectus his jamjam recenſitis, ſimiles edunt, quorum omnes, in nihilo, niſi gradu vis eorum, diſtant.

Ex toto conſtabit, maximum auxilium, quod, in locis ad quae aquas medicatas potare confluunt, infirmis confertur, effectibus affectuum moderate ſtimulantium, imputari jure ſumma poſſe, qui, occupationibus jucundis, cientur et aluntur.

Nunc de Affectibus deprimentibus dicendum eſt; hi in nihilo prioribus magis diſcrepant, quam gradatim et lento pede, effectus ſuos nocivos prodendo; nunquam non corpus enervatum reddendo, quo fit, ut functiones laeſae ſint, et aliquid praeſtare impotentes.

Sanguinis

Sanguinis circuitus ita langueſcit, ut neceſſe eſt, tranſitum ſanguinis per pulmones ſuſpiriis expedire *; quibus pro tempore aegroti vires valde reficiuntur.

Aliud debilitatis et atoniae magnae ſignum, prae affectibus deprimentibus, eſt pallor †, qui ſemper obſervatur, cujus cauſa eſt ſanguinis circuitus in vaſis extremis torpor.

Adde, qui his laborant, perſpirationem ‡ imminutam habent, unde oriuntur ventriculi languor, inappetentia, oris amarities, et ſitis circa horas matutinas, cruditates

* Haller. ibid.

† Boerhaave de Morbis Nervorum, p. 543, 544.

‡ Sanct. VII. n. 15.

acidae et nidoroſae, flatus et tremores, et tenſiones hypochondriaci, aliaque mala laeſae chyleſeos *; ad haec, motus a voluntate pendentes debiles, palpitationemque cordis et pulſus † inaequales reddunt. Rebus ita ſe habentibus, minime mirum eſt, ut corpus contagioni imprimis obnoxium faciant; exemplum memorabile cujus Pechlino traditur: " Opifex quidam, cum aliquot ſeptimanas bubonem peſtilentialem in inguine circumferret, ſeque laborum ſociis quotidie immiſceret, nihil quidem illis mali ſuſpicantibus, quod in ſpeciem ſanus decurrendis operis textoriis ſufficere videtur; tandem tamen, a chirurgo, qui tumoris curam habebat proditus, tam ingentem

* Haller. ibid.

† Morgagni de Cauſis et Sed. I. p. 254.

gentem repente formidinem iis incuſſit, ut aliqui eorum protinus in feralem morbum inciderint, ac perierunt, evadente temerario illo, vitaeque prodigo homine *." Imo, quidem peſtis propagationem his ſolis pendere exiſtimant.

Cum vis eorum tam late patet, inter illa remedia jure habeantur, quae robur ſyſtematis minuunt, haud aliter, ii ſupra enumerati id augent, et, ſi penes medicos fuit, eos excitatos cohibere et regere, hoc efficere illis uterentur, cum exempla non deſunt, effectus ſuos felices, num fortuna an conſilio, maniacis et epilepticis excitatos eſſe, monſtrantia; et, quod explanatu difficile eſt, quamvis hos morbos frequenter excitant.

At

* Pechl. Obſerv.

At hic obſervatu dignum eſt, " Deprimentes animi affectus (quam vires eorum infirmantes neque dubiae, neque exiguae ſint) difficillime pro remediis adhibentur, et profecto rariſſime, ſi unquam licet remedium adeo anceps tentare, certe aegrotis acutis morbis decumbentibus nunquam convenire poſſunt. Sunt tamen qui credunt mente captis aliquando multum prodeſſe moerorem illum, quem longa ſolitudo et dura coercitio, forte in cellula obſcura, inducere ſolent, et metum quem cuſtodum cura, vel forte ſaevitia et vincula et verbera incutiunt. Haec res vero non adeo certa eſt, quin adhuc ſuſpicari liceat, talia experimenta taleſque animi affectus, etiam maxime furioſis, multo magis nocuiſſe, quam profuiſſe; non temere igitur," Gregorius addit, " ad remedium adeo

anceps

anceps confugere licebit *." Affectus qui huic ordini inſerviunt, ſunt, *metus*, *terror*, *moeror*, *deſperatio*, inter quos diſcrimen maximum in gradu tantum, et non in genere, etiam in tempore, quo effectus edunt, conſtat. Et hanc ob cauſam, illos ſeorſim tractare, non neceſſarium habemus; nam, quamvis *Hallerus*, aliique phyſiologi, timorem terrore ex toto diſtinguere opus navarunt, immo, illum inter affectus deprimentes inſeruerunt, huic vero locum inter pathemata excitantia dederunt; tamen ſi his ſententia differre non illicitum ſit, Terrorem non niſi majorem eſſe timoris gradum contendamus; nam quo terror in mente excitatus ſit abſque metu? In terrore, res externae quas metuimus jam ante oculos verſantur; in metu vero expectantur;

* Gregorii Conſpect. vol. II. p. 266.

tur; in hanc cardinem differentia circumvertit.

Satis omnibus patet, diverſos omnino eſſe horum affectuum effectus, et inde, ni fallor, auctores naturam eorum diverſam crediderunt; ſi vero ad modum impetus eorum pauliſper attendamus, effectus diverſos explicare multo labore non opus erit.

Terror ſubito et ex improviſo invadit; metus autem lente ac gradatim; minime mirum eſt igitur, violentiores illius quam hujus fore effectus; ſic ab hoc morbi chronici, acutiſſimi vero ab illo, originem ducunt.

In horum pathematum leviori gradu (*metu*) effectibus ſupra recenſitis addas tremores

tremores artuum, horripilationem ut a frigore, animi deliquium, (hujus exemplum memorabile vidi juvene cujus familiaritate uſus ſum; manum ejus canis morſu laceratum, brevi ſanatum eſſe, haud longum poſt tempus frater ejus, canem, hydrophobia laborantem, vitam efflaviſſe, imprudenter afferuit. Quibus juvene auditis, pallor genas ſuffuſit, et, ſyncope inducto, decidit, quo ſtatu diu manebat, donec paulum ab eo immerſus, et tunc certior factus, rem ita ſe non habere, ſed ſolum ei timorem inferre diceretur, cito convaluit; hac in re praeſagium periculi futuri ſymptomata iſta produxit) ſuppreſſionemque haemorrhagiarum, praeter haec, inter cauſas intermittentium, aliarumque febrium remotas, Cullenus jure locum huic deſignavit; quinetiam hyſteria, hypochondriaſis, totaque

que ſymptomatum dyſpepticorum cohors hac ab origine ſaepe pendunt. Sed quamvis lente debilitando effectus lethales maxima ex parte edit, tamen, ſi hoc in ſtatu, *gaudium*, vel excitantium aliuſquiſpiam excitaretur, eventus illico fatalis expectaretur, propter collapſum qui ex neceſſario ſuccederet.—Doctor Girdleſtone, in theſi de Hepatitide Indiae Orientalis, obſervat, affectus animi deprimentes chronicam hepatitidem acutam formam aſſumere citius quam aliter eveniret, indirecte facere, hiſque verbis utitur: " In hoc ſtatu (nempe chronico) aeger diu ſaepe manet, donec dejectio animi, quae ſemper major vel minor, hunc morbum comitatur, illum impellit vino liberius indulgere, quod ſtadium morbi acutum plerumque accelerat."

E contrario, violentiori ejus gradu (terrorem volo) ſpaſmos, convulſiones, epilepſiam; (at hic obſervare decet, ut quod vulnus infligit, idem ſaepe conglutinat; nam multis in rebus inter remedia optima haberetur, hunc morbum amovere. Exemplum cujus clarum Cullени illuſtris ſub cura eſſet. Puer, in quo morbus multis optimiſque remediis non omnino cederet, in noſocomium inductus, et ibi, militibus, qui ſtationem juxta ſe agebant, maximo terrore perculſus eſt, cujus vi morbus evaneſcebat). Cordis palpitationem, volvulumque funeſtum, mortemque etiam ſubitam, ortum duxiſſe, in Hallero, aliiſque auctoribus, ubique legimus.

Praeter hos affectus jam dictos, qui nunc excitant, nunc animum deprimunt,

neceſſe erit, quaedam offerre de his, qui naturam utrorumque induunt, veluti *amor*, cujus effectus, ſub coelo ſereno, omnique ad votum ſuccedente, ſpei ſimiles evadunt grate ſtimulando et exhilarando. Sed quam longe diverſi cum manu ferreo imperium excercet; tunc non vultum ſolum ſed animum demiſſum eſſe, et effectus lethales producuntur, quales moerori perpetuo comitantur. Zimmermanus, in vol. II. * exempla effectuum, quae hanc duplicem naturam clare evincunt, prodit, quae hic inſerere non in animo eſt.

Quod

* Zim. on Experience, vol. II.

Quod ad

SECT. III.

In qua vires eorum morbis depellendis et curandis oſtenduntur, animadvertere licet, has magis valere, quam quibuſdam detur: Nam ſi excitantium conſideratione manifeſtum eſſet, his, functiones animales et vitales liberas evaſiſſe, vel ſaltem auxiſſe, jure inter remedia praeſtantiſſima enumeratos eſſe, quae vim ſyſtematis roborant, adeoque vires hominibus debilitatis parant; nihil dolendum eſt igitur, quin eorum regimen in noſtris manibus non eſſe; tamen quamvis (Gregorii verbis concinnis uti) " Rariſſime penes medicum eſt, hilaritatem moerenti, aut ſpem infelici, aut gaudium triſti et miſero concliare; oportet

ad

ad ea niti quae proxima ſunt, magiſque in poteſtate noſtra poſita, et aerumnis et moeſtitiis aegrotantium, quantum in nobis facultas ſit, opem et ſolatium praebere, eoſque, verbi gratia, de ſua ſalute deſperantes firmare atque erigere, et hortari ut ſint bono animo, neque tam triſtitia de ſe augurentur *." Quae omnia medici animum non poſſunt nimis occupare; nam frequenter his melius et citius quam medicamentis aegrotum ſtabiliet, ad minimum, eorum operationem adjuvabunt.

Altera ex parte, ſi effectus deprimentium animo volventes, patebat, hos quodcunque ſummae debilitatis ſignum, uſque ad mortem prodidiſſe, haud dubio morbis in qui-

bus

* Greg. Conſpect. vol. II. p. 248.

bus incitatio ſyſtematis eſt ſumma, ciere prodeſſet; quod ad regimen eorum, tanta labore, quanta excitantibus cingitur.

Effectus, ſingulum pathema conſiderando, ſe exhibentes, quod ad morbos depellendos et curandos valeant, clare elucidant; itaque, haud neceſſarium erit, nunc temporis, quaedam alia offerre.

His, jure majori, effectus mirabiles magnetiſmo animali adſcriptas, referre potuimus, cujus fama olim longe lateque emanavit; nam qui animo firmiori, et magis conſtanti praediti, nihil effectibus ejus ſimulatis paſſi ſunt.

Haec peragemus, ad rationem in qua hos effectus productos eſſe, breviter advertendo.

Quod

Quod de actione animi et corporis reciproca intelligimus, limitibus tam arctis definitur, ut connexionis eorum fere ignari ſumus; et itaque vim unius in alterum proximam, minime niſi effectibus cognoſcamus; quos cum frequenter ſubitos eſſe, quales ſunt omnes per cerebrum et nervos redditi, per hos, pathemata agere, putamus; vim, horum organorum ſenſu ſummo praeditorum, in ſyſtema humanum, augendo vel minuendo. Si vero actionis eorum modus, talem explicatum non habet, haec, verbis Meadii illuſtris, perficeremus: " Vitae et naturae noſtrae ratio ita comparata eſt, ut facultates animi vireſque corporis, mira quadam promptitudine exeramus, modum vero, actionumque omnium principium, prorſus ignoremus, cujus

cognitio

cognitio ad bene beateque vivendum minime neceſſaria eſſe videtur *."

Et nunc quamvis certum eſt, laudes aliquas per me accumulatas, minime famam eorum amplificaſſe, (nam ſi ita res ſe habuerit, valde operae pretium ducerem illas bene meritas offerre) tamen ſummo ſuorum in me officiorum ſenſu imbutus, grates maximas hujus Academiae Profeſſoribus agere decet, praecipue Doctoribus Monro, Gregory, *et* Black, *meam quorum erga me meritorum memoriam, nulla unquam delebit oblivio.*

* Med. Monit. et Praecept. cap. 13.

FINIS.

FIN.